

Decimus: Utinam veniat! Opto, ut veniat.

Titus: Iam adsum. Salvus sis, Decime. Quid tibi hic negotii?

Decimus: Salvus sis etiam tu, Tite. Operam do, ut modos coniunctivos discam.

Titus: Quem modum coniunctivum hoc ipso tempore discis?

Decimus: Coniunctivum praesentis temporis.

Titus: Statim abeo. Valeas! Cura, ut valeas!

Edamus, bibamus, gaudeamus, post mortem nulla voluptas.

Abbas autem de bonis meis debita creditoribus meis persolvat.

Pater cum filio et frater cum fratre ne eligantur simul ad officium iuratorum.

Liberum sit cuilibet eligere sibi sepulturam in capella Bethlehem, sive sint parochiani sive extranei.

Non vivo, ut edam, sed edo, ut vivam.

Curabo, ne dicere possis me esse pigrum.

Legum idcirco omnes servi sumus, ut liberi esse possimus.